Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Verumptamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare, quia non capit prophetam perire extra Ierusalem. Ierusalem Ierusalem que occidis prophetas et lapidas eos qui mittuntur ad te, quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum avis nidum suum sub pennis et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

terret, qui Christum incidentalibus conatus est extinguere. Cyrillus. Vel aliter. Videtur hic sermo iunctus esse et non referatur ad personam Herodis ut aliqui putaverunt, sed magis ad Phariseorum fraudes. Pene enim ipsum Phariseum ostendit propere manentem dum dixit: Exi et vade hinc, sicut in greco habetur. Unde hoc percepit dominus quod poterat urgere Phariseorum turbam. Ecce eicio demonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia die consummor. Hoc se permittit operaturum quod iudeis displicebat, scilicet quod inmundis imperaret spiritibus et eriperet a morbis infirmantes usque dum passionem sponte sustineret crucis patibulum. Quia vero Pharisei credebant quod manum extenderet Herodis qui dictus erat virtutum: hoc exclusit dicens: Verumptamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare. Quasi dicat: Oportet nequaquam sibi necessitate ingruente ostendit, sed magis arbitrio proprie voluntatis pergeret quo volebat quousque finem veniende crucis subiret. Cum iam tempore imminente ostendit cum dixit: hodie et cras. Theophilus. Ac si dicat: Quid de morte mea cogitatis? Certe fiet post modicum. Quod autem dicit hodie et cras, multos dies significat, sicut et nos in communi sermone soliti sumus dicere: hodie et cras fit hoc, non quod fiat in tanta distantia temporis. Et ut evangelicum sermonem evidentius exponamus,

Dico autem vobis: quia non videbitis me donec veniat cum dicetis: Benedictus qui venit in nomine domini.

non intelligas quod oportet me hodie et cras ambulare, sed sistas in hodie et cras; deinde subiungas: Et sequenti die ambulare. Sicut et plures nuntiando consueverunt dicere: Hic dimicat et sexta feria et tertia egreditur, quasi computando duas ut tertia demoretur. Sic et dominus quasi computando dicit: Oportet me hodie et cras et postea tertio die ire Ierusalem. Augustinus. Vel mistice ab illo tertio die intelliguntur ut referantur ad corpus eius quod est ecclesia. Expelluntur enim demonia cum relictis illis superstitionibus credunt in eum gentes et perficiuntur sanitates cum secundum precepta eius postea quam fuit diabolo et huic seculo renuntiatum usque in fine resurrectionis quod tanquam tertia consummabitur. Hoc est ad plenitudinem angelicam per corporis et immortalitatis perficietur ecclesia. Theophilus. Sed quod illi dicebant ei: Exi hinc, quia Herodes te querit occidere, in Galilea locus erat ubi regnabat Herodes; ostendit quod non in Galilea sed in Ierusalem predestinatum fuit ei pati. Unde sequitur: Quia non capit prophetam perire extra Ierusalem. Cum audis non capit, id est non decet extra Ierusalem prophetam interimi, non putes in iudeis coactivam inductum. Sed quantum ad eorum affectum sanguinis avidum conveniens hoc dicit. Velud si quis predonem attentissimum videns dicat: Non oportet hanc viam in qua predo insidiatur viatoribus immunem esse a sanguine. Sic et non oportebat alibi quam ubi morabantur predones perire dominum